Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



LV

pretire: quā de lege unū apicem
cadere. Omnis qui dimittit uxo-
rem suā. ⁊ ducit alteram: mechatur.
Et qui dimissā a uiro duxerit: me-
chatur. Homo quidā erat diues.
⁊ induebatur purpura ⁊ bysso: ⁊
epulabatur cottidie splendide. Et
erat quidā mendicus nomine Lazarus.
qui iacebat ad ianuā eius ulceribus
plenus. cupiens saturari de micis
que cadebant de mensa diuitis. ⁊
nemo illi dabat. Set ⁊ canes ueni-
ebant. ⁊ lingebant ulcera eius. Factum e
autem ut moreretur mendicus: ⁊ por-
taretur ab angelis in sinū abrahe.
Mortuus e autem ⁊ diues: ⁊ sepultus
e in inferno. Eleuans autem oculos
suos cū esset in tormentis: uidit abra-
ham a longe. ⁊ lazarū in sinu eius.
Et ipse clamans dixit. Pater abra-
ham miserere mei. ⁊ mitte lazarum
ut intinguat extremū digiti sui in
aquā ut refrigeret linguā meā: quia
crucior in hac flamma. Et dixit illi
abraham. Fili recordare quia recepis-
ti bona in uita tua: ⁊ lazarus similiter
mala. Nunc autem hic consolatur:
tu uero cruciaris. Et in his omnibus
inter nos ⁊ uos chaos magnū firma-
tum e: ut hi qui uolunt hinc tran-
sire ad uos non possunt. neque inde
huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te
pater. ut mittas eū in domū patris
mei: habeo enim quinque fratres. ut testetur
illis ne ⁊ ipsi ueniant in locū hunc
tormentorum. Et ait illi abrahā. Ha-
bent moysen ⁊ prophetas: audiant il-
los. At ille dixit. Non pater abra-
ham: sed si quis ex mortuis ierit
ad eos penitentiā agent. Ait autem
illi. Si moysen ⁊ prophetas non audierint:
neque si quis ex mortuis resurrex-
erit credent. ·xvii·
Et ad discipulos suos dixit.
Impossibile e ut non ueni-
ant scandala. Ue autem illi per quem
scandalū uenit. Utilius e illi si la-
pis molaris imponatur circa collum
eius. ⁊ proiciatur in mare: quam ut
scandalizet unū de pusillis istis:
Attendite uobis. Si peccauerit frater
tuus. increpa illū. Et si penitentiā
egerit: dimitte illi. Et si septies in die
peccauerit in te. ⁊ septies in die conuersus
fuerit ad te. dicens. Penitet me: dimit-
te illi. Et dixerunt apostoli. Domine adauge
nobis fidem. Dixit autem dominus. Si ha-
bueritis fidem sicut granū synapis:
dicetis huic arbori moro. eradicare.
⁊ transplantare in mare. ⁊ obediet uobis.
Quis autem uestrum habens seruū arantem
aut pascentem. quo regresso de agro
statim dicat illi. recumbe. ⁊ non di-
cat ei. para quod cenem. ⁊ precinge te ⁊
ministra michi donec manducem et
bibam. ⁊ post hec tu manducabis ⁊
bibes: Numquid gratiam habet seruo il-
li quia fecit que ei imperauerat. Non
puto. Sic ⁊ uos cū feceritis omnia que
precepta sunt uobis: dicite. Serui in-
utiles sumus: quod debuimus facere fecimus.
Et factum e dum iret in ierusalem: transi-
ebat per mediā samariā ⁊ galyleam.
Et cum ingrederetur quoddā castellū:
occurrerunt ei decem uiri leprosi. Qui
steterunt a longe: ⁊ leuauerunt uocem
dicentes. Ihesu preceptor. miserere nostri.
Quos ut uidit dixit. Ite ostendite
uos sacerdotibus. Et factum e dum irent.
mundati sunt. Unus autem ex illis ut
uidit quia mundatus e: regressus e cū
magna uoce magnificans deum. Et